quia de peccati ppetratiōne meren
tib⁹ dum ad spem pperant venie.
ab afflictione tristitie leuat. Con
tra secundū dando in tribulacio
nib⁹ internam ɔsolationem. Ps.
Scd̃m multitudinē dolorꝝ meorū
consolationes tue letificauerunt
animā meā. Beda in omel. Para
clit⁹ consolator interpretatur: q̊a
corda fideliū ne inter seculi aduer
sa defitiāt. celestis vite desiderijs sb
leuat ac reficit. Gregor. in morali
b⁹ dum cor supna degustat: īferi
ora equanimiter tolerat. Contra
tertiū dando celestis dulcedinis
pregustationē. Illa em̄ dulcedo q̄
hic datur dicit̄ gust⁹. arra ꝛ gut
ta. Gustus quidē dicitur. Ps. Gu
state ꝛ videte ꝛc̈. Crisos. Vere non
habet super terram qd amet: quî
donū celeste in veritate gustauit.
Si aūt tanta dulcedo est in gustu
quanta erit in pleno potu. Ps. In
ebriabuntur ab vbertate domus
tue. Dicit̄ autē arra siue pingn⁹.
Ad Eph. p. Signati estis spiritu
sācto pmissionis qui est pingn⁹
hereditatis vestre. Si enim tāta io
cunditas in arre datiōne: quanta
erit in premiꝭ ꝛ mercedis plena so
lutione. De qua dicitur Gen. xv.
Ego protector tuus ꝛ merces tua
magna nimis. Dicit etiam Augu
stin⁹. Si quis gustauerit de fluuio
paradisi cui⁹ guttta maior est oc
ceano. restat vt in eo sitis mundi
penitus sit extincta. Si igitur tan
ta suauitas est in gutta: quanta
erit in fluuiali abundantia. Vn̄
Psal. Torrente voluptatis tue po
tabis eos. Secundo misit eis spiri
tum sanctū in defensorē ɔtra mū
di malitiā. cum dicitur. Ille argu
et mundū de peccato. s. quod ha
bet. de iustitia bonorum operꝝ quā
non habet. Et de iudicio quod nō
timet. Et sic illi qui sunt spiritu dei
pleni debent tria genera hominū
arguere. s. peccantes. non operan
tes. ꝛ dei iudicia non timētes. Ar
guendus igitur est peccator sicut
argueretur ille qui poti⁹ vellet eē
inter spinas lacerātes q̄ꝫ inter flo
res redolentes. Talis est auarus
Job. xxx. Esse sub sentib⁹ delitias
reputabant. Arguend⁹ est ille q̄
potius vellet eē in luto q̄ꝫ in prato
ameno. talis est luxuriosus Eccle
sia. ix. Omnis mulier que ē forni
caria quasi stercus in via cōculca
bitur. Arguend⁹ est ille qui poci
us vellet eē in vento q̄ꝫ in loco trā
quillo. Talis est superb⁹. ꝛ ideo
dicitur Job tricesimo. Quasi sup
ventum me ponēs allisisti me va
lide. Secundo arguendi sunt non
operantes. iuxta illud Mathei vi
cesimo. Quid statis hic tota die
otiosi. Iste enim mundus non
est ad otiandum: sed est ad labo
randum. Notandum autem est
q̄ꝫ quidam sunt homines qui de
labore transeūt ad laborem. sicut
sunt auari qui die atq̧ nocte labo
rant in congregandis pecunijs.
Vn̄ dicit̄ Ecclesia. tricesimo q̈rto.


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG